



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

86. An qui non habet vinum, teneatur iejunare? Et difficultas est, quænam
sit congruens refectio in die iejunii? Et an habentes panem, fructus, &
olera teneantur iejunare? Et quid, si cum pane, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

De Ieiunio. Ref. LXXXVI.

247

3. Et quoad iter agentes dico Primi, quod si ipsi non sunt ratione itineris exempti à ieiunio, & alii non inueniant alios cibos, ex quibus sibi sufficiens alimen-
tum pro prandio paréat, tunc vt possint obseruare pra-
ceptum ieiunii, licet posse, immo & tenentur vti cibis
vitios, nepe ouis, & laetitiae: quia arctius ligat pra-
ceptum ieiunandi, quam praceptum vescendi in ieiuniis
Quadragesimæ (aut aliis, secundum consuetudinem
aliquorum Prouinciarum) ouis, & laetitiae. Dico
Secundo: Si iter agentes, ob defatigationem itineris
sunt à praecerto ieiunii liberi; tunc non ex eo precise
quod non inueniant pisces quos erant, possunt vti
ouis, & laetitiae; cum possint alii ex herbis, legumi-
bus, & fructibus, sufficiens alimentum pro fu-
stantanda natura sibi parare: siquidem non semel, vt
in die ieiuni, sed iterum atque iterum possunt edere
quidquid ex dictis libetur. Limitare tamen hanc re-
sponsonem, nisi alii iter agens effet Princeps, aut alia
persona gravis, afflcta vti cibis delicatis; quia tunc li-
cite posset huiusmodi persona, si non inueniret pisces,
vt ouis, & laetitiae; eoque respectu illius aliud ali-
mentum non sufficeret. Ad rationem autem Pasqualigi-
latam pro sua sententia dicendum est, absolute sum-
pliciter falsam, vt ex dictis constat; verum tamen
cum limitatione; nempe in casu quo iter agentes, qui
ad ieiunium obligantur, non inueniant pisces, nec
alios cibos, ex quibus sufficiens prandium sibi parare
possunt, tunc namque, vt ieiunii praecertum adimple-
te valeant, licet poterunt vti laetitiae, & ouis: quia
in hoc euenti non debet conferri Ecclesiast prohibere
laetitiae, alias vero maxime. Et haec omnia docet
Leandrus, *vbi supra*, *quaest. 16. & 17.* Itaque cum di-
ctis distinctionibus sententiam Vidal, & Pasqualigi
libenter admittit; absolute vero loquendo, illam non
approbo.

4. Notandum est hic obiter; ne portus noceat, pos-
se in die ieiunii aliquid cibi sumi, Patrem Pasqualigi
des. 116. num. 6. docere, & quod regulariter loquen-
do possit sumi quantitas cibi infra vnciam vnam.
Sed haec cibi quantitas, quam Pasqualigus assignat,
regulariter loquendo, nimia videtur. Et certe, validus
mox quod ille, qui ad summum sextam partem v-
nia de chocolate concedit, concedat nunc ex quocun-
que alio cibo, vnciam fere; Vnde Pater Leandrus *vbi supra*, *quaest. 12.* putat posse regulariter loquen-
do, sumi quantitatem cibi, infra dimidiā vnciam;
quia haec quantitas, regulariter loquendo, videtur ne-
cessaria, & sufficiens, vt potui stomacho commixta
impedit ipsius nocumentum.

RESOL. LXXXVI.

Quia non habet vinum teneatur ieiunare?
Et difficultas est, quanam sit congruens refectio in die
ieiunii?
Et si habentes panem, fructus, & olera teneantur iei-
unare?
Et quid, si cum pane, & fructibus habeat quis oua, & la-
etitiae, posse ne illa comedere sine Bulla, etiam in
Quadragesima, & etiam Clericis, & Regulares, &
vt sic cum pane, fructibus, & laetitiae teneantur
ieiunare?
Et si in die ieiunii per vnicum diem non habens nisi
panem, & carnes ad vescendum, possit illis vesci?
Et si an comedendo carnes in tali casu teneatur quis serua-
re ieiunium? Ex part. 10. tract. 12. & Mise. 2. Ref.
46. alias 45.

Negatiue responder Pater Pasqualigus in Pra-
xi de ieiunio, decif. 275. vbi sic ait: Difficultas
est quanam teneenda sit congruens refectio? Respon-

deo pro congruentia refectio non sufficere pane in
quantauis quantitate sicut nec etiam fructus, & olera:
sed requiri cibos, qui sint maioris nutritionis, vt notat
Anglez, in florib. quest. 6. de Ieiunio difficult. 9. append. 3.
Sanchez Ab. 5. confil. moral. cap. 1. dub. 15. num. 3. Nam
cibi predicit moraliter censentur incongrui, & in-
sufficientes ad completam sustentacionem, & quod
natura indigeat meliori cibo. Similitud. qui non habe-
ret vnum, aut quod solet loco vni adhiberi in Re-
ligionibus, vbi adeat picuria vni, neque teneatur ie-
iunare, quia eo subtrahito, subtrahitur magna refectio-
lio, & qua plurimum roboret afferat, vnde subtra-
hito eriam cibo, nimis complexio maceraretur, & ieiuni-
um fieret nimis onerosum. Ita Pasqualigus,

2. Sed de hac opinione olim interrogatus, nolui ei
adhædere absolute loquendo, & adduxi Carolum Bau-
cum in casibus singularibus casuum conscientia, cap. 286.
q. 2. qui nominatim contra Pasqualigum regulariter
cibus non admittit sententiam, nisi in casu quo repe-
rictur aliquis tam debilis, vt si per vnum, vel plures
dies non haberet vnum, graue damnum corporale
incurrit. Et idem nouissime Pater Leandrus, tom. 3. de
Praecept. Eccles. tract. 3. disp. 8. quest. 41. contra hanc
sententiam Pasqualigi inuehitur, & tener tanquam
certum non habentem vnum teneri ad ieiunium, quia
sine vno, aut sine eo, quod loco vni bibitur, potest
quis habere sufficientem, & congruentem refectio-
nem pro vno prandio: ergo sine vno aut simili potu
hic tenebitur ieiunare. Adde, quod si haec doctrina Pas-
qualigi esset vera, re vera exempti essent à ieiunio om-
nes ferè habitantes in Montaneis, & Terris, vbi nee
vinum habent, nee vites adhuc cognoscunt, nee ha-
bent facultatem ad emendum illud, si forte è locis ex-
traneis allatum, ibi venditur. Ex defectu ergo precise
vini, non potest quis à ieiunij legibus eximi. Ita
Leandrus, cui ego adhæreo, cum limitatione tamen
apposita a Baucio loco citato.

3. Nota etiam, id quod asserit Pasqualigus *vbi supra* Sup. hoc sup.
habentes panem, fructus, & olera, non teneri ad ie- in princ. à
ieiunium, impugnare etiam Leandrum loco citato q. 42. lin. 3. huius
putat enim in tali casu regulariter, & vt plurimum ob- Ref. & inf. in
ligare ieiunium, quia in pluribus Regionibus tota re- S. seq. ad
flectio sit ex pane, fructibus, oleribus, nee est alius Sed. q. 42. in
cibus, quo vti incolæ possint: ergo cum refectio ex in Ref. 97. q.
pane, fructibus, & oleribus, confecta in quantitate vlt. & in aliis
vni prandio sufficienti compati potest obligatio ieiunij. veri. eius
Dixi autem, regulariter loquendo, quia si hoc con- nor.
tingeret aliquibus Magnatibus, aut aliis, qui nimis de-
licatè, & splendide, diuersoquinque eiborum generi
vesci assuerunt, non dubito quod eximerentur à ie-
iunio, cum illis, tali modo, & pacto, esset nimis onero-
sum. Et de hoc casu, & raro contingenti, loquitur
Anglez loco citato.

4. Verum in fauorem Patris Pasqualigi contrà Leandrum apponam alium Leandrum, videlicet à Murcia Capuccinum, qui in Regulam Sancti Francisci, non in loco a me alibi citato, sed cap. 3. quest. 11. n. 4. sic ait: Sup. hoc id
Quando los Religiosos no tienen comida suficiente Ref. acr.
para ayunar, sino es comiendo huevos, y lacticinios præterita. &
aunque tengan legumbres, y frutas con pan, pueden & in codem
comer los dichos lacticinios; y huevos. Esta conclu- S. vt. Et sup.
sion tienen a fortiori Naurauo, Thomas Sanchez, An- hoc seq. in
glez, y otros Dorores modernos, a quien seguimos y do los Reli-
gitimos en el capitulo segundo, sobre este tercero de giosos, in
la Regla, en el num. 37. y 38. que afirman, que no le- hoc ipso
obliga el ayuno; y se prueva, porque en tal caso, co- met. q. post
mo prouamos en el dicho lugar, los tales no estan ob- in tali casu
ligados al ayuno, al que es licito lo mas, lo es licito lo & inf. q. A q
menos en el mismo genere, cap. Cuilibet. de Regul. iur. difficultas,
cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus:
luego si a los tales le es licito no ayunar, en tal caso
a fortiori podran comer lacticinios, y huevos, ayunan-

do, y teniéndolos no podran dexar de ayunar; por quanto, con ellos tienen y a sufficiente comida para ellos.] Ita ille. Sed quidquid sit de hac quæstione certum est apud me, quod si aliquis non haberet nisi panem, & fructus, utique ad ieunium non teneretur: & huius Ref. & ita docet Ludovicus de San Juan in summa, quæst. de Ieunio, aliis suis nō, art. 7. diffic. 7. dub. 3. consil. Append. 3. [Tambien nos, & sup. in art. quedam excusado del ayuno los caminantes, que Ref. 58. §. Nostrandum. en pequenos pueblos no pueden hallar sufficiente comida para ayunar; de manera que aunque hallen pan, y fruta, parece que con solo esto, no estan obligados al ayuno, porque regularmente no es sufficiente, para sustentarse comodamente. Et in tal casu puto cum

Sup. hoc, & Leandro à Murcia Capuccino possecedere oua, & lactescientibus in hoc §. in Ref. præterita, qui non habebat nisi panem, & fructus, potuisse tempore Quadragesimæ comedere oua, & lactescientia, proprie fin. Ita docet Machadus, tom. 2. lib. 6. par. 8. tract. 9. docum. 2. verit. Relig. deo & leg. & in aliis, coru. annot.

Sup. hoc in Ref. præterita, in princ. & in §. Et quoad sup. in hac concurrunt duo præcepta, ambo ad mortalitatem obligantia; videlicet, præceptum de Ieunio, & præceptum de abstinentia ab ouis & lactescientiis; Sed sic est, §. Verum, a quod hoc ultimum est vniuersalius, cum obliget etiam adolescentes: ergo illi debet cedere præceptum de Ieunio. Sed licet haec opinio sit probabilis mihi magis placet opinio affirmativa, quam tuerit ex Sanchez, Leandri, ubi supra de Præceptis Ecclesiæ quæst. 6. quia præceptum ieunij est principale, ergo quando aliter non potest scruti, debet seruari cum eis ouorum, & lactescientiorum. Itaque in tali casu teneretur edere oua, & lactescientia, cum possit sic ieunium Ecclesiæ obseruare.

6. Et tandem quaro, an in die ieunij non habens nisi panem, & carnes ad vesendum, possit illi vesci? Respondent Vega, & Angles citati à Pasqualigo, decisione 118. quod si per unicum diem careret aliis cibis, tunc non possit vesci carnis, sed deberet esse contentus solo pane; fecus autem si deberet carere per plures dies. Sed Pasqualigo loco citato docet etiam si per unum diem careret aliis cibis concessis, possit loco ipsorum vesci carnis: sed hanc opinionem Carolus Baucius ubi supra, questione 10. sequitur tantum in casu quo quis esset debilis, & magnus incommodum patetur, si per unicum diem manducaret solum panem. At quicquid sit de hoc; dubium est, an comedendo carnes in tali casu teneatur quis seruare ieunio. Ref. 75. num. 5. affirmit ex Abulensi, Henriquez libro. 7. capite 13. numero 17. Sed merito negatiam sententiam tenent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus, questione 38. Quia ille non potest sic obseruare substantiam ieunij Ecclesiastici, quæ in abstinentia à carnis, & à pluribus refractionibus consistit: ergo non teneatur ad illud. Et hanc sententiam tenet etiam ex Fagundez, Baucius loco citato.

RESOL. LXXXVII.

An in ieunio secundo comedens, toties peccat postea, quoties edem die comedit?

Et docetur, quod si inaduententer aliquis plures cibas etiam carnis sumeret, ieunium neutrum frangere, & seruare erit adstrictus, cum proflus illa commissio si involuntaria respectu ieunij? Ex part. 1. tract. 9. Resolut. 44.

§. 1. Toties peccare docet nouissime Sylvius in 2. 1. lum Molanus in Theol. pract. tract. 3. c. 11. concl. 4. Maior in 4. diff. 15. q. 6. Medina tract. de ieunio. q. 5. & Couart, var. resol. lib. 4. c. 20. n. 3.

2. Sed tu contrarium sententiam tene, quam doctores, quos citat, & sequitur Fagundez Praecept. 4. lib. 1. cap. 4. num. 5. quibus ego addo Fernandez in examin. Theol. mor. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 10. Vega in summ. tom. 1. cap. 14. cap. 9. Henr. lib. 7. cap. 13. in Gl. fa. litt. S. Tolent. lib. 6. cap. 3. num. 5. Ioann. de la Cruz in direct. cons. p. 1. præcep. 3. art. 4. dub. 8. concl. Tamen run in 2. 2. disput. 3. quæst. 3. dub. 5. num. 93. Layman in Theol. moral. lib. 1. tract. 8. cap. 1. num. 15. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 23. diff. 6. num. 4. Suarez de Relig. tom. 1. leg. 4. cap. 7. num. 12. Filliucum tom. 2. tract. 1. cap. 1. num. 13. Reginaldum tom. 1. lib. 4. cap. 14. numero 179. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 3. num. 15. Salas de legib. disput. 14. set. 5. num. 67. Valentiam tom. 3. disput. 9. quæst. 2. punc. 3. & alios communiter. Et raro est; quia, vt appareret ex communi vsu fidelium, Ecclesia non prohibet ulteriore commissione, quomodounque consideratam; sed solū provt quis per illam transfiguratur hunc quasi ieunij limitem, qui est vincit commissio.

3. Neque, vt aduertit Layman ubi supra, hoc loco discriminè faciendum est, utrum quis scienter reficiendo se altera vice ieunium soluerit voluntarie, iusta vel iniusta de causa; an vero ignorante, & involuntari, quia neficabat, aut non recordabatur esse diem ieunij: quandoquidem etiam in hoc casu ieunium re ipsa, & materialiter violatum est, vt seruari deinceps non possit secundum modum, & formam Ecclæ. Ergo, &c. Sed Sancius in Selectis disp. 42. n. 2. contrarium docet, ubi sic afferit: Si inaduententer aliquis plures cibas, etiam carnis sumeret ieunium neutrum frangere, & seruare erit adstrictus, cum proflus illa commissio sit involuntaria respectu ieunij nec præceptum violatur, sive solutus nisi per actum voluntarium. Ita Sancius.

RESOL. LXXXVIII.

An qui in die ieunij tertia, vel quarta vice comedit, peccat saltem venialiter, præter peccatum mortale, quid commisit secunda vice? Ex part. 1. tractat. 9. Resolutione 53.

§. 1. Affirmat respondet Lessius lib. 4. c. 2. dub. 2. diff. 15. q. 1. n. 9. in fine, & alij: quia secundario videatur prohibere, & per illas mœgis receditur in fine huius lectione ieunij.

2. Sed mihi contraria sententia placet. Dico igitur, tantum illum peccatum mortaliter contra ieunum præceptum, qui secunda vice comedit; non autem venialiter, quia tercia vel quarta. Et ita docet Villalobos in summ. tom. 1. tract. 23. diff. 6. n. 5. & Sancius in Selectis disp. 42. num. 42. Vnde non est audiendus Montesinus in p. 2. tom. 2. q. 7. 3. art. 2. q. 4. num. 47. Couraurias cur. lib. 4. cap. 2. num. 13. & alij afferentes quod quia præceptum ieunij obligat ad comedendum semel tantum in die: qui pluries comedit, pluries agit contra præceptum; ergo plura committit numero peccata. Quid intelligit Montesinus, si interrumpatur voluntas; vt